

tionem sensim perduceretur, visum est esse coniugendum, quorum remedio plurimum momenti ad durabilem & efficacem reformationis executionem collatum iri. Sunt igitur selecta sex media quae sequuntur. I. Insastratio studiorum potissimum facrorum. II. Examen ordinandorum ad facta ministeria & Praeturas instituendorum. III. Officiorum seu munerum suscepitorum sedula perfusio. IV. Visitatio Archiepiscopalis, Episcopalis, Archidiaconalis, & eorum quibus hoc incumbit. V. Synodorum frequens celebratio. VI. Jurisdiccionis Ecclesiastice jam propemodum collapsae & abuso deprivatae restitutio.

De primo medio, quod est studiorum insastratio.

3. Primum quidem, insastrationem studiorum quoad ea, quae reformatio & Ecclesia necessitas exigit, nemo praeficerit melius quam Scripturarum sacrarum, Canonum & munerum Ecclesiasticorum peritus. Sive enim regere Ecclesias, & populum docere, sive hereticos convincere, & Scripturarum aperte mysteria, sive Sacra menta confidere eaque administrare, sive examinare ex ordine ministros Ecclesie, sive visitare Dioceses, aut Synodos celebrare, vel iudicia Ecclesiastica exercere oporteat, scientia opus est; aliquo ut inquit in Evangelio Christi: Si cecus es, caco ducatum praeset, ambo in foveam cadent. Quo etiam modo Isaia indocet Ecclesiastis Prelatis caecos & mutos appellat, dicens: Speculatorum ejus ceci nescierunt universi, canes mui non valentes latrare. Non valentes etiam vellent, latrare, id est officia sua exequi. Ergo providetur 1. ne ulli suspectorum morum aut fidei Ludimigistri ac professoris Scholis praeficiantur, nisi de quorum probis moribus & Catholica fide constet, facta de his inquisitione ac examine. 2. Ne communibus & approbatibus dederi licet docendi formis compendiosas quasdam regulas & extraordinarias sectentur. 3. Ut certo cuiusque hebdomade die discipulos edoceant receptas ab Ecclesia regulas fidei & morum. 4. Ne illi praelegantur, auctores, qui sinceram religionem aut mores pervertere queant. 5. Ut feliciter ex studiis & bone expectationis ex singulis Cathedralibus juvenes Canonicis mitenti ad studia Universitatem, in quibus triennio sacris Scripturis & Theologicas disciplinas informentur, & ubi conducere videbatur; hoc etiam tempus proficeretur, qui tempore studii prebendarum suorum integrum perciptiant fructus, non tamen distributiones. Singulis autem annis testimonia certa perquirantur, utrum in studiis & bonis moribus proficiant, & an vanis se studiis adiungant. Debet tamen studiosi providere, ut ipsi absentibus aliis eorum in divinis suppleant vices. Qui vero ad Universitates missi desideri ac otiosi compertuerint, ab eorumdem privilegiis usu & fructuum perceptione repellantur. 6. Ut Theologus in predictis Ecclesiis alatur, qui Clericos omnes, qui sunt de gremio, doceat, cui praeferat prebenda stipendium a Chorico absenti, pridie quam legit, sumulque ipso quo legit die, concedatur. Jampridem Concilium Lateranense tertium sub Alexandre Papa III. can. 18. constituerat, providendum esse in singulis Cathedralibus de beneficio uni Magistri, qui Clericos ejusdem Ecclesie & alios pauperes gratis doceat. Et habetur c. 1. de Magistris. Itemque postmodum Concilium Tridentinum less. 23. c. 18. de refor. Et sub Innocentio Papa III. Concilium quartum Lateranense can. 11. iubet, constituti Theologum, qui Sacerdotes & alios doceat sacram Paginam, & ea quae ad curam animarum spectant. Et habetur cap. qui nonnullis, de Magistris. Nam deinde constitutionem innovavit Concilium Tridentinum less. 5. cap. de reform.

4. Bonifacius Papa VIII. hac ratione permotus sic de cernit cap. cum ex eo, de elect. in 6. Quia Ecclesia, inquit, ad sui regnum viris litteratis permaxime noscitur indigere, presenti constitutione sancimus, ut Episcopi eorumque Superioris cum his, qui hujusmodi Ecclesias (loquitur autem de Parochialibus) obtinent, vel in futurum obtainuerint, dispensare possint libere quod uide ad septimum litterarum studio insuffitentes promoveri minime teneantur, nisi ad Ordinem Subdiaconatus dumtaxat, ad quem infra prædictum annum recipiendum (ne sicut a multis de Christi patrimonio sublimatis olim factum esse dignoscitur, a statu discedere clericali) omnino astringi volumus; & nisi receperint, pona contenta in dicto Lugo. Concilio eo ipso percelli. Porro prædicto septenário durante, idem Episcopi & Superiores sollicite providerent procul, ut per bonos & sufficietes vicarios ab eis in hujusmodi Ecclesiis deputando animarum cura diligenter exerceantur, & deleriantur laudabiliter in divinis: quibus de ipsarum Ecclesiarum processibus necessaria congrue ministrerentur. Elapso vero dicto septenario, cum quibus fuerit, ut dictum est, dispensatum, ad Dia-

conatus, & Presbyteratus Ordines infra annum se facient promoveri. Alioquin ex tunc dictam pnam (nisi justa de causa id omiserint) ipso jure se noverint incur saros.

5. Ceterum ne variis, & inutilibus studiis Legum & Physice monachi a monasteriis & laudabilibus ecclesiasticis litteris divelli possent; Alexander Papa III. in Turonensi Concilio excommunicationi aliquis pnis subiecti monachos quoquecumque, extra claustra egressos ad leges & physicas disciplinas perdicendas, ut habetur in cap. non magnopere, ne Cler. vel monac. saec. neg. se immiscet. Deinde Honorius Papa III. eamdem latam pene sententiam extendi jussit ad quocunque Ecclesiasticos Presbyteros aliosque, quicumque dignitatem vel personatum possiderit; ut statuit cap. super specula. eod. tit. Similiter ex causa Concilium Carthaginense quartum, can. 16. Episcopis vetat lectionem librorum gentilium. Et citatur dict. 37. c. Episcopus gentilium. 6. Judicavit tamen Ecclesia, necesse esse ad infidelium, praestitum Hebraorum, nec non Mahometanorum conversionem, ut in primariis & Catholicis Universitatibus, que sunt Romana, Parisiensis, Bononiensis, Oxi niensis, & Salamanticensis, publice prælegant a periti & distinctis Magistris tres Linguis, ex prescripto Clementis Papa V. in Concilio Vienensi: ut resurferet Clem. 1. de Magistr. scilicet Hebraica, Chaldaica, & Arabica.

7. Verumtamen Legum studii non perinde infensus videtur suisse Bonifacius VIII. ac fuerunt Alexander III. & Honorius III. tametsi enim jus omne civile circa leges versetur; quia tamen in numeri Ecclesiastici universo ex Orbe Romani confluere solent, constituit c. cum de diversis, de privilegio in 6. ut Roma incessanter a publicis Professoribus doceatur utrumque jus, Canonicum & Civile, ut Clerici advenae inde proficiant, & studii privilegio istius recipiente integre proventus suos Ecclesiasticos.

8. In decretilibus Gregorii IX. sub tit. de Magistris, leguntur sanctiones Concilii Lateranensis tertii sub Alexandro III. habitu, de constitudo in Ecclesiis Magistris, qui Clericos & cum his pauperes pueros laicos gratis doceat. Et que sanxit quartum sub Innocentio III. Lateranense Concilium de Theologis, quibus incumbat onus sacras litteras explicandi cum Sacramentorum accurate doctrina. Sic enim adimplibit prophetica illa benedictione: Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem de ore ejus requirent, quia Angelus Domini exercitum est. Longeque amoverebit prophetica illa intermissione: Quia tu scientiam repulisti, ideo repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Denique eodem tit. de Magistris, comprehenditur pariter Honorius III. constitutio sapientissima: ut Ecclesiastorum Prælati & Capitula eos, quos prefantioris indolis esse perspicunt Clericos, ad studia Theologiae transmittant: quibus si proprii proveniunt non sufficiunt, aliunde necessaria vita sumiuntur integrum quinquennio. Ita fieri, ut fausto exitu compleat Danielis vaticinium: Qui dotti fuerint, fulgeant ut splendor firmamentum: & qui ad iustitiam erudiant multos, quasi stelle in perpetuas eternitates. Prout vero plus aut minus promotus fuerit Clericus ad studia capessenda, sufficiet aliquibus anni unius studium, quibusdam biennii, aut triennii, alius progrediendum erit ad Honori quinquennium. Erunt fortasse nonnulli, quorum studia finit ad ulque Bonifacii septenarium prograda. Atque utinam cum studio vera sapientie cultum pura sine Religionis in unum quasi complexum copulemus!

De secundo medio, quod est examen Ordinandorum.

9. Deinde visum fuit ad stabilem & duraturam Ecclesiastici Ordinis reformationem comparandam, necessarium esse, ut initiandi sacris Ordinibus rite examinetur. Hi vero, qui ad Prælaturas & regimem animarum assumentur novo eidemque rigidiori examini subiciantur: propterea quod mortales omnes sequi quotidie suum genium experiantur, & asinus manere asinum, etiam ex viis leonis induatur: atque ita evenire, ut quum vitis dediti homines assumentur ad dignitates & prælaturas, vertant dignitates & prælaturas, non quod oportet, sed vel ad avaritiam implendant, vel in ventrem saginandum, aut ad fastum & pompa, quidam etiam ut in luxu & deliciis vivant. Quibus profecto rebus fit, ut plane in diversum abeant officia & munera divinae iussionis, nec fere ultra sit animarum & Ecclesiasticarum rerum vera cura, sed imagines tantum & apparatus; nec seria bene intitute reformationis executio, sed major indies morum & doctrinae corruptela.

Quamobrem in primis statuimus & ordinamus, ne quis ad Jacoborum Ordinum perceptionem admittatur, nisi diligenter

genter examinatus de fide, quam tenet, de affectu, quo ducatur ad petendos Ordines, de scientia, que sufficiat ad Ordinis, quem petit, ministeria explenda, de moribus Ordinem decentibus, & aetate legitima. Quare matura probata deliberatione declaramus, Episcopos non debere aliorum examinationibus perfunctione factis statim acquiescere, atque ita inutiles & indignos homines, nonnanquam etiam sceleratos ab aliis forte, quos ea cura non admordunt, dignos judicatos, sacris illis Ordinibus contra conscientiam propriam insignire. Eaque de causa requiri mus Provincias nostra Episcopos in Domino, ut vel ipsi met huic suo muneri satisfaciant, vel curam illam impianter viris piis, doctis, & de Ecclesiæ profectu soliciti, quorum diligentia sit eis explorata, nisi certissimo experimento cognoverint, Scholasticum, vel eum, ad quem id officium pertinet, diligenter talam, cui merito fidant, adhibuisse.

10. Secundo statuimus, ut nemini post hac (ubi digna & iusta causa non est) dentur licentia Ordines extra suam diocesim recipiendi, nisi sit prius iusta modum praescriptum in sua Diocesi examinatus. Ad hoc enim comperimus quodam licentia oratoria petere, ut examen subterfugiant.

11. Tertio statuimus, quoniam non oportet sacros Ordines quasi furvum suscipere, ut quemadmodum jungendi matrimonio trina proclamatio populo denuntiantur, ita majoribus Ordinibus initandi trina proclamatio denuntiantur in Ecclesia Parochia, quam inhabitant, ad pertinenda impedimenta, si que sunt, que debeat Parochi Episcopo aut Officialibus ejus significare.

12. Quartu mandamus, ut volentes ad Subdiaconatus vel Diaconatus Ordinem promoveri, praefentur, & dent initiautoribus nomina sua feria quarta diem ordinationis præcedente, ac eodem & sequenti die ex auctoritate hora, quam eis constitutis examinatores. Pronovendi vero ad Sacerdotiis gradum dent nomina sua feria quinta ante diem ordinationis, quibus similius statuetur hora, cum simul ob multitudinem examinari non possint. Afferant vero omnes promovendi secum testimonia non modo suo um Parochorum, verum etiam preceptorum, aut proborum virorum, apud quos maiorem vita partem transegerunt, per examinatores discutienda, unde possit Episcopo, utrum irreprehensibilis sint, constare.

13. Quinto statuimus & ordinamus, ut nemo electus confirmetur, nemoque presentatus ad dignitates vel anum curam instituantur, priusquam sit a suo Episcopo, aut Archidiacono Episcopi, aut in parte Vicario, aliqui que sacrum Litterarum, Canonum, & traditionum Ecclesiasticarum peritis, quos Episcopus vel Archidiaconus ad hoc designabit, examinatus & comprobatus idoneus, possitque & velit muneri, ad quod vocatus est, pro virili satisfaciere, & formulam reformationis, qua parte eum concernit, exequi. Quod si quis Archidiaconorum, vel ius instituendi habentum, contra hanc constitutionem permutaverit aliquem non ita examinatum investire, ipse quidem pro iudicio Episcopi per certum tempus ab officio sui executione, & fructuum perceptione suspendetur: institutus vero eo tempore, donec Episcopo comprobabit qualificatus & idoneus. Neque tamen pro examen Episcopale derogatum volumus juri examinandi, si quod alii Prelati habent.

14. Sexto ad hoc statuimus & ordinamus, ut in permutationibus & resignationibus beneficiorum eadem cura adhibeatur examinandi eum, in cuius favorem permittio vel resignatio concepta est. Et præseruit diligens stat inquisitio, etiam per diserta juramenta, num permutatione sit ad contegendum simonie uitium fraudulenter excogita ta ac simulata; Quod si vel ex præsenti tempore, vel in posterum compertum sit passionem illicitam & jure non probatam intercessisse, utrumque permissum pro simonia ca fraude puniatur.

De tertio medio, quod est officiorum perfusio.

15. Non prodeat ad Ecclesia edificationem & reformationem, Prælatos & Pastores curam animarum habentes suis diligenter examinatos, probatos, & legitimam manuum impositione institutos atque admissos, nisi presentent etiam officium, ad quod sunt vocati, & cuius gratia stipendia ab Ecclesiæ percipiunt. Idcirco pro consequenda reformationis executione curandum est, ut Prælati & Pastores suo munere strenue perfungantur. Quod nisi fiat, jacent omnia, quae reformatio exigit.

In primis igitur sancimus & statuimus, ut Episcopi, Archidiaconi, & omnes, qui functionem munerum suum non per se, sed per Ministros aut Commissarios aut Collectores solent obire, vices suas non committant hominibus levibus, vitiis, aut conjugatis, sed tantum Ecclesiasticis gravibus & probata opinione viris.

Cabassutii, Notitia Ecclesiastica.

16. Secundo, ad tollendum gravem & scandalosum abulum, quo quidam pecunias ablatas comparant sibi a Prelatis commissiones & officia, non salutem animarum, sed pecuniam ubiorem ex officiis quarentes, statuimus & mandamus, ne quis Prelatus, cuiuscumque sit dignitatis, suam jurisdictionem & munera ulli Commissario seu collectori, licet Ecclesiastico, plus offerenti, pro pecunia, aut pro certo anno censu, committat vel vendat, sub pena excommunicationis, quam emens seu pecuniam pacifcens ipsi facto incurrit, vendens vero prater pnam canonicas, amittat etiam actionem pactam pecuniam exigendi: decernentes, contractum illum illicitum esse, a jure dannatum, nullumque esse, & haberi debere.

17. Tertio, quia magno populi Christiani scandalo quidam, ad quos pertinet viatorum correccio, relinquant pecunia ob pecunias & munera impunita, non perpendentes pudendum esse crimen, crimina non coercere; nec quidam esse, quod atrocis Episcopos & Prelatos coram Deo accuset, quam hujus rei negliget. Idcirco deliberatione cum Concilio habita, mandamus & sancimus, ne Episcopi, Archidiaconi, vel alii jurisdictionem habentes, aut alii Officiales, eorumque commissarii viatorum correctiones dissimilant, permittentes cuiquam pecunia munera, vel necessitudinis cuiuscumque gratia in eis horere: sed delicta præterita castigent penitentia salutari pro delicti gravitate impunita, nec penitentia loco pecuniam emundant, proposita canonica pena in contravenientes suspensionis ab officio, privationis, aut beneficiorum Ecclesiasticorum amissionis.

18. Quarto, querela est Collegiorum, Prepositos quosdam, ad quos prestito iuramento pertinet jura & statuta Ecclesiastirum tueri arique defendere, nihil agere minus; sed percipere tantum amplos fructus, ceterum Ecclesiastis, quarum causa illos percipiunt, relinquere incutas aut indefensas, immemores iuris iurandi, & illius, quod beneficium propter officium datur. Hinc decernimus & statuimus, ut si istiusmodi Prepositi a suis Collegiis ad bonorum, privilegiorum, iurium & statutorum defensionem, expensis Capitularum, & necessitatis tempore vel immidente discrimine, muneri suo satisfacere neglexerint, & inde Ecclesia illa seu Collegium damnum accipiat, in panem incidente pro danni accepit magnitudine, & Prepositi negligentia, ab Episcopo seu Superioribus taxanda & moderanda.

19. Quinto statuimus & ordinamus, ut nemo electus confirmetur, nemoque presentatus ad dignitates vel anum curam instituantur, priusquam sit a suo Episcopo, aut Archidiacono Episcopi, aut in parte Vicario, aliqui que sacrum Litterarum, Canonum, & traditionum Ecclesiasticarum peritis, quos Episcopus vel Archidiaconus ad hoc designabit, examinatus & comprobatus idoneus, possitque & velit muneri, ad quod vocatus est, pro virili satisfaciere, & formulam reformationis, qua parte eum concernit, exequi. Quod si quis Archidiaconorum, vel ius in instituendi habentum, contra hanc constitutionem permutaverit, & officio suo per seipsos strenue perfungatur, excessusque subditorum, quoties opus erit, cagiant, sub pena privationis fructuum Decanalium, pro rata temporis, quo absque causa rationabiliter non refenderint, fabricae aut pauperibus applicandorum, ubi alias non est pena digna contra non residentes decreta; nisi forte necessitatis causa contigerit eos abesse: quo casu Capitulari dicui, qui suscepit officii rationem reddere possit, quemque inferiores reverantur, vices suas committant, nisi tam absens Vicarium peculiaria Collegiorum statuta designent.

20. Sexto, idem statuimus de Abbatibus Collegiorum nobilium virginum Canonistarum, quas tanto magis operat Collegei nisi adesse & perpetuo residere quanto virgines illa majori custodia sunt digna. Quibus preterea mandamus, ut diligenter observent, num omnes in dormitorio coniuncti nocte decubant, & in habitu ipsas de ciente incedant, ac Horas Canonicas rite persolvant, ceteraque, que reformatio Cesareane formula & probata earum constitutione exigunt, diligenter observent, sub pena suspensionis a perceptione fructuum in fabricam Ecclesiæ applicandorum, donec pareant. Illas vero Abbatibus, que duabus Collegiis contra decreta Sanctorum Patrum prepositi sunt, & duorum in se recipiant curam, ceterandas decernimus iuxta decreta de restringenda pluralitate beneficiorum inferioris paulo subiectum.

Huc refer Canones vetantes unum Abbatem duobus praesē Monasteriis, quales sunt Agathensis Concilii can. 57. & Epaponensis can. 9. citati in Decreto Gratiani, 21. q. 1. c. unum Abbatem.

21. Septimo mandamus & precipimus, ut Abbes quorūlibet Monasteriorum, non nisi intra monasteriorum sepiam, cum fratribus habitent, nec moram longam extra ea trahant.

22. Octavo cupientes ex animo quantum in nobis est probibere ac tollere odiosum illud & insatiabile, (quod Bb 3 & Patrum